



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Cap. I. De desiderio animæ quærentis Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

---

 SOLILOQUIUM  
ANIMÆ.

## CAPUT I.

*De desiderio anima quærentis  
Deum.*

Obserua hîc colloquentes Theophilum, Philotheam, & Dilectum; seu Hominem, Animam & Dominum.

*Psal. 72.* **M***ihi autem adharere Deo bonum est.*

O breve & dulce verbum, Deum amplectens, & mundum excludens uniuersum! Quid amplius dicendum, & quid ultra cupiendum? Nonne satis est, si fiat, quod jam dictum est? Et si dicantur alia & alia multa, nonne ad hoc unum reducenda sunt omnia? Dic ergo anima mea cum Propheta: *Mihi autem adharere Deo bonum est.*

O Deus meus, tu unicum bonum meum, solus bonus & dul-

cis.

eis. De te loqui, dulce est aman-  
 ti; de te cogitare, suave est de-  
 voto; cujus cor non est in mun-  
 do, sed totum absconditum in  
 cœlo. Ut tu sis ei sola vera re-  
 quies, & intima suavitas; nec his  
 crucietur quotidie, ubi rétat fal-  
 sa cupiditas. Deus meus, quomo-  
 do est illi in corde, qui tuo fer-  
 vet amore? Quale gaudium ejus,  
 quem nulla delectat creaturarum  
 vanitas? An non vox ejus canit  
 in Psalmo, de quo & sermonis  
 suscepi exordium, & talis est: *Ibid.*  
*Quid mihi est in cœlo, & à te*  
*quid volui super terram?*

T. O anima sancta, anima de-  
 vota, & ad Deum suspensa, quid  
 hoc audio de te? Quid est, quod  
 loquaris? Parva tibi videntur,  
 quæ in cœlo sunt & in terra?

2. P. Parva mihi sunt omnia.

T. Quid ergo quæris? Quem  
 vis sine istis? Et ubi invenies eum  
 sine his? Habetne nomen, aut lo-  
 cum, aut habitationem ad quæ-  
 rendum? Ubi est locus habitatio-  
 nis gloriæ ejus, de quo cecinisti,  
 dicens: *Domine dilexi decorem*  
*domus tua, & locū habitationis*  
*gloria tua?* *Psal. 25.*

B b 7 Re-

Responde obsecro mihi. Nam si poteris eum mihi indicare, ibo tecum & quæremus simul, eritque Deus tuus Deus meus; & bene nobis, cum fuerit inventus à nobis & detentus.

3. P. Quid hoc quæris à me; aut cur tale aliquid scrutaris apud me? Putas, quod tibi talia dicam, aut dicere valeam? Quod si charitas favet, nonne rei hujus raritas, aut etiam secreti profunditas magis dicere prohibet? Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt & viderunt. Ecce hi sciunt, quis sit ille, quem quæris.

Sed potius eum interroga, qui novit omnia. Ipse enim est, de quo fit sermo: qui melius se tibi indicabit: & ubinam habitet, longe clarius demonstrabit. Is utique est, qui docet hominem scientiam; dat quoque humilibus gratiam suam.

Accede ad eum, qui revelat se ipsum, cum voluerit, & cui placuerit; nec est qui sine eo aperiat. Potens est solus revelare tibi gaudium amantium se, & ultra  
quam

*Psal. 93.  
Iac. 3.*

quam potes à me discere.

4. T. Et nunc, quid sic loqueris anima sancta & humilis? Ne aestimes me velle à te inquirere, quod forte sciri non oportet, aut nequeat dici. Maneat secretum tuum tibi; clausum sit super te ostium tuum; stet firmum signaculum fidei: non moveatur velum à sanctuario. Manduca panem sanctum in sacrario. Intra tabernaculum domus tuæ; ascende superius cœnaculum; ingredi cellarium Regis æterni; aut quod præstantius est, & amabilius sonat, thalamum scilicet cœlestis Sponsi tui.

Scio scriptum: *Non est bonum Matth. 15.  
sumere panem filiorum, & mittere canibus ad manducandum.*  
Novi hoc, & legi. Tu autem vide, quid sequitur, & miserere mei secundum eloquium ejus, quæ dixit: *Catelli edunt de micis cadentibus de mensa dominorum suorum.*

Noli proinde celare verbum, quod sciscitor: sed de ubertate internæ suavitatis effunde vel unam scintillam amoris igniti. Da  
gut-

guttam parvulam vini pretiosi; e-  
mitte de optimo unguento ve-  
modicum odoris: ut & ipse gusta-  
re valeam, cujus tibi nota est  
pars optima, & amabile tam cre-  
bro solamen.

Deus  
quid in se  
sit, nemo  
valet di-  
cere; quid  
in nobis,  
fortasse  
aliquate-  
nus.

s. Quid cunctaris? Satis fac de-  
sideranti, & aperi ostium amico  
jam tertio pulsanti. Dic dilecta  
de Dilecto, me tamen non negle-  
cto. Si non vales, sicut est, dicere,  
dic utcumque potueris. Nam di-  
cere sicuti est, quis valebit? Et  
quis dicentem caperet?

Ergo si non ut in se est, dic  
saltem qualis sit in te. Si non quid  
sibi, eructa tamen, quid boni fe-  
cerit tibi. Quis enim, quid sit in  
se, investigabit? Tu non poteris,  
eo quod confessa sis, & non ne-  
gasti, dicens: *Mirabilis facta est  
scientia tua ex me, confortata  
est, & non potero ad eam. Quo-  
ibo à spiritu tuo?*

Si ergo non sufficis penetrare  
spiritum tuum, quem creavit  
Creator & Vivificator omnium  
spirituum, quomodo penetrabis  
in creatum? Nonne ideo stupens  
dixisti: *Domine quis similis tibi?*

Dic

Dictamen obsecro, per aliquam similitudinem, cujus essentiam necdum attigisti. Neque enim ex parte negare debes, cuius totum revelandum non æstimas.

6. P. Fateor (inquit) quia nimium curiosus es tu, & importunus mihi. Perscrutaris omnia mea, & ad secreta cubilis mei mittis manum tuam. Misi te ad illum, & iterum venis ad me? Me quæris, an ipsum? Sed quæro à te, cujus es spiritus? Quiesce obsecro, & noli mihi molestus esse, quia supra me est, quem quæris.

7. T. Et dixi: Nam quid qui Deum quærit, tam facile conquiescet? Noli protrahere sermonem, quæ potes cito adhibere consolationem. Quousque animum meum suspendis? Quid dicis, & non dicis? Vivit anima tua, quia non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Etenim pro benedictione mea erit, si ostenderit eum mihi. Jam ergo, si vidisti illum, dicito mihi palam, & ego eum tollam.

Gen. 32.

8. P. Rursus illa; Video te in de-

desiderio esse, & in amore Creatoris laborare. Rem difficilem me postulas ; & nescio, an fieri possit, quod optas. Scit bene, quem quæris, quia non est meum hoc dicere tibi. Videtur tale esse scrutinium tuum, quale & sponsæ in Canticis: *Indica mihi, (inquit) quem diligit anima mea.*

## Cant. I.

Vis ergo à me discere, quis sit iste: aut quid boni mecum egerit ipse? Utrumque autem secretum meum mihi. Sed non es contentus: nec illius magnitudine deterreris, qui cœlos excedit: nec mea parvitate averteris, quæ nullius momenti sum in conspectu ejus. Cur imposuisti mihi onus istud? Hoc enim dicere labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei & intelligam. Cur vis scire, quod loqui non licet?

2. T. Et dixi: Numquid non libet? Et permaxime. Placet enim ea sæpè magis scire, quæ difficilius panduntur. Mihi tamen quæso ne ita difficilis sis, ut omnino taceas. Ne timeas, quod hæc  
ini.

inim  
verl  
mic  
cre  
foli  
tu a  
ine  
de  
de  
fri  
ter  
lea  
ill  
Ill  
on  
ef  
fe  
Si  
no  
ti  
cl  
ca  
tu  
b  
c  
n  
l



inimicis mox prodam. Servabo  
verbum tuum amicis, & valde a-  
micis. Secure dicas mihi, in se-  
creto silentii tui. Ecce duo hic  
foli fumus. Nec ego levitate, nec  
tu arrogantia delectabimur; sed  
in eo, qui nos confidere sibi fecit,  
de quo & loquimur.

Si autem supervenerit ipse,  
demus locum, & sit in medio no-  
strum. Et si dignetur loqui, liben-  
ter audiamus, nosque interim si-  
leamus. Tu autem non teneberis  
illa hora respondere votis meis;  
Illo enim loquente, silere debet  
omnis caro.

10. P. At illa: Bonum pactum  
est. Sit ille tantum nobiscum, &  
feramur ad secretum nostrum.  
Sit ipse dux verbi, & ducat, quo  
nos ire delectat.

Dilectus iste, de quo diligen-  
tissime sciscitaris, talis ac tantus  
est, ut sermone non possit expli-  
cari, cum sit ineffabilis. Tam al-  
tus, & superexaltatus est omni-  
bus creaturis, ut sit semper in-  
comprehensibilis. Virtus ejus, &  
magnificentia ejus interminabi-  
lis. Quidquid de eo dicitur, aut  
scri-

Deus in-  
effabilis,  
incom-  
prehensi-  
bilis, in-  
termina-  
bilis.

scribitur, indignum eo totum creditur, quia omnibus superferatur.

Cœli dixerunt: Pertransiuit nos & ascendit, inualuitque supra nos. Terra respondit; Si cœli cœlorum non capiunt, nolite me interrogare. Stellæ cecinerunt: Tenebræ sumus, & non lux, si illuxerit. Mare contremuit, & ait: Non est in me, & abyssus ignoravit.

Audis, quid isti dicunt? Audiui, & conturbatus sum, à voce eorum contremuerunt labia mea. Quid ergo fiet, si interrogauerimus eum. Interrogemus: Domine, si tu es ipse, de quo cecinere viri, & cui omnia deserviant per tempora?

*Exod. 3.*

11. D. Utique: Ego sum qui sum, & præter me non est alter. Ego primus & novissimus, omnia creans & gubernans. Vivo ego, dicit Dominus, quia regnabo in æternum & ultra.

*Apoc. 1.*

12. P. Quid dicis nunc vermicule, circumfusus tanto lumine? Ecce dilectus tuus loquitur tecum, quem putabas esse mecum.

Me.

Mecum erat, quando illi dice-  
bam; *Mihi autem adhaerere Deo,*

*Psal. 72.*

*bonum est. Tecum erit, si dixeris*

*& tu; Renuit consolari anima*

*Psal. 76.*

*mea, & diem hominis non con-*

*cupiui; sed in te Domine spera-*

*Psal. 83.*

*bo, tu es enim rex meus, & Deus*

*meus. Non eris similis vagis a-*

*matoribus, sed unicus unici, uni-*

*cum requirens, qui nullum de ex-*

*ternis admittit sodalem.*

Sermo ergo tuus, solus cum

solo: etiam si abierit, sede vidua,

patienter ferens omnia. Nam hic

est modus ejus, ire, & redire, &

probare sibi dilectam, atque in a-

more facere perfectam.

Non te conturbet recessus, si

optas ejus accessum. Expecta, re-

expecta; modicum ibit, & post

modicum redibit. Hoc tamen

totum amor facit, qui nunc fert

ad summa, nuncque demittit ad

ima.

13. Amore ejus gratiosissimus,

cunctis flosculis suavior, liliis

candidior, & micantibus gemmis

pulchrior. Ejus siquidem amori

nil in creaturis est praefendum:

& ideo pro ejus amore totum de-

spiciendum.

Ego

**Dilectus**  
vicissitu-  
dine re-  
cessus &  
accessus  
probat  
amantes.

380 SOLILOQUIUM

Ego tacta amore ejus intrinsecus, intantum cœpi ardere corde tenus: ut omnibus licentiatis creaturis, ejus solummodo precarer castissimos amplexus: & insuetam multis edidi vocem, tamquam carbonem ignitos de fornace ardenti proferens. *Psalmi 72.* *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Intellige nunc de Dilecto tuo qualis ac quantus sit; qui omnia etiam entia incomprehensibiliter transcendit. Et licet sit ineffabilis, & omnino inexcogitabilis, quia interminabilis; est tamen multum amabilis, attrectabilis, socialis, exorabilis: ita ut cum capi nequeat, miro tamen modo amari possit.

Etenim amando capitur, amando stringitur, sed desiderando quæritur, orando pulsatur, expectando promeretur. Si necdum tibi satisfeci, satisfaciat ille, quem quæfisti, & doceat te, super omnes docentes, se invenire.

CAP.